DE

PARADOXO THEOLOGICO

QVO CREDI DEBENT

QVAE RATIONIS VIM LONGISSIME SVPERANT

DISSERENS

AD

GYMNASII ELBINGENSIS

DIEM NATALEM

A. MDCCLIV. D. XXVIII. NOV.

SOLEMNITER CELEBRANDVM

VRBIS PROCERES

OMNESQVE BONARVM ARTIVM

ET ATHENAEI

PATRONOS FAVTORES AC AMICOS

EA QVA PAR EST

REVERENTIA ET OBSERVANTIA

INVITAT

IOANNES LANGIVS

GYMN. RECT. P. P. ET BIBL.

ELBINGAE

STANNO NOHRMANNIANO.

Philosophiae Stoicae sectatoribus, quibus nimia saepius obscuritatis & oscitantiae adfectatio volupe fuit, nos paradoxorum natales debere, extra omnem dubitationis aleam positum est. Siquidem non CICERO modo, Romanae eloquentiae parens, in peculiari commentatione nonnulla explicavit paradoxa, sed ex recentioribus quoque LIPSIUS,[a] SCIOPPIUS,[b] aliique Stoicorum vestigia prementes, quaedam collegerunt, ita comparata, ut audientes ea legentesque prima statim fronte in admirationem conjiciant. Hinc non mirum est, eruditos postea omnem movisse lapidem, ut in cunctis fere scientiarum partibus paradoxa, ubivis obvia eruerent & in scriptis suis cum orbe literario communicarent. Mitto MORHOFIUM & IENISCHIUM, quorum ille [c] paradoxa sensuum, hic vero [d] istud phoenomenon paradoxon, quo sol proprior hyeme minus calefacit, quam remotior aestate, publico eruditorum examini subjecerunt. Nihil dico de LUDWIGO, MOLLENBECIO, MAGONIO & aliis insignibus quondam Juris Doctoribus, qui teste LIPENIO [e] paradoxorum messem in ipso jure, in judicialibus, in privilegiis, imo in ipsis Principum legibus saepius se invenisse, crediderunt. Sed ea saltem, quae religio christiana longe plura sublimioraque suppeditat paradoxa, rationis vim mirum quan-

a) *in manuduct. ad Philos. Stoic. L. III.*

b) *in element. Phil. Stoic. c.* 125.

c) *Kil. A.* 1676.

d) *Alt.* 1700.

e) *in Bibliotheca sua juridica.*

tum ſuperantia, in mentem revoco. Jam orthodoxos inter primae eccleſiae Patres CHRYSOSTOMVM ſelectis moralis inſtitutionis paradoxis, ſibi admodum propriis, maximopere delectatum fuiſſe, ex FRANCISCO SIXTO Senenſi nos certiores reddit SCHEVRLIVS. [f]) Poſtea non BRANDOLINVS modo, CICERONEM imitaturus, ſeptem ſcripſit paradoxa chriſtiana, ſed, ſicuti FABRICIVS de iisdem ingenere, [g]) ita HANNEKENIVS inſpecie, [h]) de beatitudine paradoxa fidelium chriſtianorum, quod attinet paupertatem Spiritus, & alii de aliis paradoxis theologicis ſuas reliquerunt commentationes.

Cum vero tanta paradoxorum & paralogorum ſit affinitas, ut de illis differens, in haec facile incidere & utraque inter ſe confundere poſſit: [i]) probe obſervandum eſt, nobis paradoxorum nomine venire omnia ea, quae contra communem & tritam opinionem ſtatuuntur, altiusque hominum etiam in civili vita requirunt judicium, utut in rebus ſupra vulgi ſenſus evectis ſemper occupata. Quo reſpectu totus militantium in regno gratiae chriſtianorum ſtatus mundo & carni paradoxus videtur: quippe mirabilibus doctrinae vitaeque inſtitutis adeo diſtinctus & varie commixtus eſt, ut ille judaeis ſcandalum & gentibus ſtultitia fuerit. [k]) Quid ergo vetat, quo minus eam cognitionis rationem, qua dogmata ſupra rationem poſita, etſi non intelliguntur, credi debent, paradoxam quoque vocemus, eamque paulo accuratius penſitemus.

Dantur equidem, qui & agenda quaedam, in S. S. a DEO commendata, rationi repugnare ſtatuunt, calculo ſuo illa comprobari non poſſe credentes. Paradoxam hinc vocant doctrinam, quae inimicorum dilectionem, quae abnegationem ſui, quaeque adverſa fortiter & patienti animo ferenda ſerio injungit. [l]) Aſt ſicuti haec

aliaque

f) *in Bibliogr. moral.* §. 263. p. 145.

g) *in Diſſ. de parad. theol.* p. 371. *amoenitat. theol. anexa.*

h) *in Diſſ. Witemb A.* 1699 *habita.*

i) conf. *Budd. in analect. hiſtor. philoſ.* p. 130.

k) 1 Cor. I, 23.

l) conf. *Huetii quaeſtion. alnetan.*

aliaque agenda non ad imperfecta Philoſophiae cujusdam impurae decreta ac placita, ſed ad ſanae rationis & revelationis principia examinanda ſunt: ita dum nullam nec in animo admirationem, nec in exigendis iisdem relinquunt haeſitationem, paradoxorum nomine venire minime poſſunt. Quid enim humanae naturae & voluntati divinae magis conſentaneum eſt, quam inimicos ſuos, qui aeque ſunt homines ac nos ipſi, non fucato proſequi amore? [m)] Quid in majori ponendum eſt laude, quam omnia ea, quae virtutis ſtudium aut ſufflaminare aut impedire poſſunt, abdicare? [n)] Quid chriſtiano dignius eſt homine, quam in perferendis calamitatibus forti & imperterrito eſſe animo?

Quod vero ad credenda religionis chriſtianae attinet, in illis utique nonnulla inveniuntur, quae paradoxa dici poſſunt. Cum enim ea mentis humanae ſit conditio, ut nihil, niſi quod prius cognovit, pro certo habeat: inter alia admirationem parit, quod quaedam, quae intelligi non poſſunt, credi tamen debeant. Lumine enim rationis ad ſalutem conſequendam poſt lapſum non ſufficiente, ex alio fonte defectum rerum cognitu neceſſariarum ſupplendum eſſe, animadvertit omnis. Qui vero dogmata, ex revelationis lumine petenda, penetrare cuncta ac cognoſcere ſomniat, evidentiſſimum illud, quod rationem inter ac revelationem intercedit diſcrimen, e medio tollit. Quem hinc fugit, ſummam religionis chriſtianae eſſe conciliationem hominis peccatoris cum DEO per ſatisfactionem Christi mediatoriam. Cui utique inſervit myſterium de DEO in eſſentia uno, trino in perſonis, itemque illud de incarnatione Christi & reliqua ejusdem generis graviſſima. Quae religionis revelatae capita, quibus totus ſalutis ordo innititur, ita comparata ſunt, ut captus humani circulos tranſcendant nec intellectus noſtri viribus ſatis capi poſſint. Interea dum veritas & divina eorum origo ſua ſponte eluceſcit, nec ullum nobis doctrinae evangelicae dogma ignorare licet, credi debent omnia. Siquidem utrum-

m) vid. *Hanovius de inimicorum amore rationali.*

n) conf. *Budd. de ἀσκήσει philoſ. in anal. hiſt. philoſ.*

utrumque & rationis & revelationis lumen ab uno eodemque DEO provenit, & alterum cum altero pugnare nequit, nisi DEVM sibi contrarium tibi fingere velis.

Absit ergo tam impudenti esse animo & nulla in religione admittere velle dogmata, nisi quae intellectu percipiantur. Hoc enim idem esset, ac eam humani intellectus vim & perfectionem statuere, ut nihil plane in rebus divinis illi sit ignotum. Temeritatis hinc & insaniae is incurrit notam, qui intellectum, plurimis laborantem imbecillitatibus, omnia capere posse contendit. Nonne & in naturalibus tot tantaque dantur dogmata, quae intellectum nostrum, suis utique circumscriptum limitibus, fugiunt? Adeat, qui haec in dubium vocare auderet, Cel. WALCHIVM, ejusdemque eruditam de mysteriis philosophicis omni attentione perlegat tractationem. o) Audiat, quae ipse CHRISTVS mirabilia seu paradoxa naturalia affirmaturus, Nicodemo dixit: p) ventus quovis flat, ejusque sonitum tu audis; sed unde veniat, aut quo abeat nescis. Cum ergo in rebus naturalibus plurima occurrant, ad quorum penetralia ne acutissimus quidem hominum intellectus descendere potest: quae quaeso causa est idonea, cur religio revelata mysteriorum expers esse debeat.

Scio equidem, SPINOZAM illum famigeratissimum, hominem ex fraudibus & fallaciis totum compositum, quo una cum reliquis mysteriis incarnationem CHRISTI, rationis captum longissime superantem, penitus tolleret, scripsisse, q) se nescire, quid dicunt, qui DEVM naturam humanam assumsisse asserunt, imo non minus absurde loqui, quam si quis dicat, quod circulus naturam quadrati induerit. Sed quorsum haec tua, mi SPINOZA, tendit ratiocinatio? Nonne rationis post lapsum labefactatae vires, ultra quam par est, extendis? Nonne dum ratione vel maxime uti videris, illa prorsus abuteris? Nonne quod a doctissimis omnium temporum viris, praeci-

o) in der Einleitung zur Philosophie, L. III. c. I. II.

p) Jo. III, 8.

q) in epist. XXI. p. 450.

praecipue a Cel. LEIBNITIO [r] demonſtratum eſt, & tibi conſtet, in chriſtiana ſcilicet religione multa quidem contineri, quae rationis captum ſuperant: nihil autem, quod re vera cum eadem pugnat. Tibi ergo interroganti, cur DEVS eam intellectus perfectionem homini non conceſſerit, ut vel ſine revelatione cuncta ad ſalutem neceſſaria cognoſcere, vel dogmata ex revelatione patefacta ratione ſua penetrare poſſet, cum divo gentium Apoſtolo [ſ] reſpondeo: tu quis es, qui cum DEO diſceptes? ſcilicet dicet ficta res factori: cur me ſic feciſti? Nonne enim hoc idem eſſet ac Creatori leges praeſcribere, quas in homine condendo obſervare debuiſſet? Nonne idem ac profundam illam coecitatem & ignorantiam, triſtiſſimum lapſus adamitici ſtipendium, diſſimulare & habita nulla fragilitatis humanae ratione, nullos etiam in cognoſcendi viribus fines, nulloſque naturae noſtrae limites adjudicare velle?

Sicuti ergo ea myſteriorum divinorum eſt natura, ut nihil quod aut DEO indignum aut hominibus noxium ſit, in iiſdem occurrat: ita illa ex altera parte majorem rebus ſanctis exhibendam reverentiam commendant, ex altera vero hominem inſimul imbecillitatis ſuae admonent. Praeſtat itaque omnibus, quae intellectus capere nequit, ex voluntate divina fidem adhibere, quam eadem, quia ab homine intelligi non poſſunt, negare velle penitus abſtruſa. Praeſtat in myſteriis ab aeterno reconditis, jam vero per revelationem patefactis, quamvis omnem cognoſcendi facultatem ſuperent, acquieſcere. Praeſtat in contemplandis iiſdem reſpectu Auctoris aeterni, ſed alia plane ratione, quam in ſcholis Ariſtotelicorum in uſu fuit, in mente ſemper ac in ore habere illud: Ἀυτὸς (Ipſe ſcil. DEVS) ἔφα. Qua ratione & illa, quae nobis paradoxa ſeu admirabilis dicitur cognitio, omnium erit certiſſima, tutiſſima, ſaluberrimaque.

Sed

r) in *Diſcurſu de conformitate rationis & fidei, praemiſſo ipſius tentaminibus Theodiceae ſuper bonitate DEI &c.*

ſ) Rom. IX, 20.

Sed tempus eſt, ut id agamus, cujus cauſa hanc de paradoxo theologico ſcripſimus commentatiunculam. Inſtant Gymnaſii encaenia, ex Majorum decreto & PATRONORVM ſuffragiis craſtina luce celebranda. In his publica pro conſervatione Scholae Elbingenſis more ſolito nuncupanda erunt vota: in his nonaginta ex coetu ſcholaſtico prodibunt tyrones, non magis memoriae vires quam ingenia periclitaturi: in his *de perenni, quae ex factis redundat, mortalium gloria* verba faciet Rector.

Faveat modo literariis hiſce conatibus DEVS, rerum humanarum Auctor Statorque. Faveant illis omnes Muſarum PATRONI ex aequo aeſtumandi, & quam hactenus cum laude Lyceo indulſerunt praeſentiam, ſacris quoque ſcholaſticis, craſtina die peragendis non dedignentur. Id quod ut feliciter ac proſpere fiat, ILLVSTREM, PERMAGNIFICOS, GENEROSOS ET AMPLISSIMOS VRBIS PROCERES, DN. DN. BVRGGRABIVM REGIVM, SENATVS PRAESIDEM, PRAECOSS. CONSVLES, PATRONOS ATQVE MAECENATES; VT ET EXPERIENTISSIMOS, PLVRIMVM REVERENDOS, CLARISSIMOS, PRAENOBILES, NOBILES, SPECTABILES, PRAESTANTISSIMOSQVE, & cujus denique Ordinis literarum FAVTORES AC PROMOTORES, pro ſua quosque dignitate, omni animi demiſſione, reverentia, cultu & humanitate invitamus. P.P. Elbingae, d. XXVII. Nov. MDCCLIV.

82.

Von dem Alter redet die Jugend.

IO. IAC. MARTINI eröfnet die gegenwärtige Schulfeyer mit einem lateinischen Lob- und Dank-Gedicht an GOTT für die gnädige Erhaltung des Elbingschen Musensitzes.

DAN. LEBRECHT ROGGE stellet in einer Rede Altes und Neues in einer Verbindung vor, und bittet nach angezeigtem Inhalt der aufzuführenden Red-Uebungen um ein geneigtes Gehör.

Chor.

Die Ehre des Alters

besingen

Joh. Gottlieb Brodowski, Samuel Leuchert,
Gottfried Gutke, Carl Friedrich Ramsey,
Carl Christian Lange, Jac. Gottlieb Silber,
David Lebrecht Vorloff,

*

Joh. Heinr. Jungschultz, Joh. Samuel Groß,
Dan. Richard Unger, Christoph Thomas Fromm,
Joh. Friedr. Brodowski, Andr. Alexander Tolckemit.

Chor.

Vom Alter der Welt

reden

IOANNES SCHMIDT,
ISRAEL POSELGER,
GODOFREDVS WIEDEMANN,
ANDREAS QVEDNAV.

Von dem Alter der Menschen überhaupt
spricht
GEORGIUS HENRICUS NESSELMANN.

Chor.

Insbesondere beschreiben das Alter der Kindheit

Jacob Convent, Daniel Geitner,
Christian Gottfr. Silber, Joh. Jacob Mindler,
Michael Ernst Fromm, Alex. Hermann Riedde,
Ephraim Gottl. Riedel, Friedr. Anton Endersch,
Joh. Heinrich Burchard, Joh. David Groß,
Johann Möller.

Chor.

Von dem Alter der Jugend
machen Worte

Carl Anton Hoffmeister, Gottfried Härtel,
Christoph Dan. Tilly, Joh. Jac. Tiehsen,
Samuel Gottfr. Maaß, Joh. Sigism. Schütte.

Chor.

Das männliche Alter schildern ab

Johann Benedict Lange,
Samuel Gottlieb Laurentz,
Daniel Abraham Bärholtz:

Das hohe Alter aber bestimmen

Joh. Christoph Roßkampf,
Jacob Eske,
Michael Eske.

EPHRAIM OHLERT entscheidet die Frage: Warum bey dem zunehmenden Alter der Welt das Lebens-Alter der Menschen abnehme?

Chor.

Von Begnadigungen und Freyheiten eines jeden Alters
reden

Daniel Gottfr. Becker, Gottfried Meckelburg,
Samuel Schultz, Ephraim Geitner,
Gottfried Kühn, Emanuel Krampf,
Carl Friedrich Weber.

 83

Folgende sprechen vom gelehrten Alter,

und zwar

Joh. Jacob Baum, George Gottl. Kriese, Joh. Jacob Kriese,	vom Alter der Rede.
Joh. Nicolaus von Eitzen, Joh. Jacob Roßkampf, Martin Gottl. Möller,	— — der ersten Sprache.
Joh. Heinrich Amlung, Samuel Gottl. Preuß,	— — der Buchstaben.
Daniel Gottl. Achenwall, Franciscus Eske, Carl Heinrich Bärholtz,	— — der Schreibekunst.
Alex. Jacob Kiedde, Gotthelff Isaac Harck,	— — der mancherley Sprachen.
Gottfried Wenzel, George Leuchert, Gabriel Nicol. Karsnicki,	— — der Künste.
Joh. Ernst Seelius, Joh. Friedrich Endersch,	— — der eingetheilten Gelehrsamkeit in vier Facultäten.
Joh. Christoph Backhausen,	— — der Academischen Ehren.

✻

IOANNES GEORG. HOFFMANN

behauptet, daß man zu unsern Zeiten in Beurtheilung dessen, was alt und neu heisset, glücklicher und vernünftiger handeln könne, als in den vorigen.

Chor.

Ferner reden

Friedr. Traugott Lange, George Lebrecht Land, Christian Ludw. Burchard,	vom Alter des Bücherschreibens.
Ephraim Teschner, Joh. Michael Roßkampf,	— — des Papiers.
Friedr. Adolph Hoffmeister, Franciscus Karsnicki,	— — der Buchdruckerey.
Johann Friederich, Christian Torborg, Joh. Christoph Lange, Joh. Samuel Kienast,	— — der Bibliothequen.

IOHANN GODOFR. HENNING untersuchet: Ob die Bücher der alten Schriftsteller den Büchern der neueren, oder diese jenen vorzuziehen seyn?

Chor.

Nachfolgende kleiden einige Sprüchwörter, so von dem, was alt heisset, hergenommen worden, in Fabeln ein,

und zwar

Jo. Christian Miritz	das:	Wie die Alten sungen, zwitschern auch die Jungen.
Israel Teschner	—	Jung gewohnt, alt gethan.
Jo. Samuel Poelck	—	Das Alter ist zwiefacher Ehre werth.
Geo. Sigism. Poelck	—	Die Alten soll man beybehalten.
	—	Wer alt ist, wünsche nicht wieder jung zu werden.
Godofredus Schmidt	—	Man ist niemals so alt, daß man nicht noch etwas lernen könte.
Daniel Nesselmann	—	Alte Freunde sind die besten.

GEORGIVS PFLVGRADT empfiehlet nach einer kurzen Rede: vom Alter der Schulen, dieses Schul-Gebäude, welches nun, GOTT sey ewig Dank gesagt! 155 Jahr in Ruhm und Segen gestanden, aufs neue der alten und schätzbaren Gewogenheit der sämtl. resp. Höchst- und Hochgeneigtesten Zuhörer, mit der festesten Versicherung,

Daß man ehr altes neu und neues alt wird nennen,

Eh Fleiß und Ehrfurcht sich von Elbings Musen trennen.